



## **Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”**



**2007-2010**

Wsparcie udzielone przez  
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię  
poprzez dofinansowanie  
ze środków Mechanizmu Finansowego  
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano  
ze środków  
Ministra Kultury  
i Dziedzictwa  
Narodowego



Paulus Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis  
 Consulibus et Proconsulibus Civitatis Olomucensis Salutem  
 et apostolicam benedictionem. Pia et honesta desideria  
 vestra, quae natorum et infantulorum vestrorum in fidei  
 Symbolo et primitivis erudiendorum corporum et animarum  
 Salutem et Divini cultus augmentum respicere dinoscuntur,  
 ad exauditionis gratiam libenter admittimus, et ut illa opta-  
 tum consequantur effectum, favorem apostolicum libenter  
 impartimur. Cum itaque, sicut exhibita Nobis nuper pro  
 parte vestra petitio continebat, licet extra civitatem Olo-  
 mucen. jam dudum Schola pro adultis et juvenibus in  
 grammatica et logica instruendis erecta fuerunt et existant  
 de presenti pro eo tamen, quod Schola ipsa a parochiali Ecclesia  
 Sancti Mauricii Olomucensi per miliare italicum vel circa  
 distant et vestri et aliorum ipsius Ecclesiae parochianorum  
 nati et infantes praesertim hyemali tempore absque suarum  
 propter aquarum discursus et intensa frigora tunc vigentia  
 periculo personarum Scholas ipsas accedere nequeunt, vos pro  
 obviandis periculis huiusmodi ac etiam cedere dicta Ecclesia,  
 quae fere duodecim millia communicantium habere dinosci-  
 tur, plurimum desideratis in illa seu infra ipsius parochiae  
 limites Scholas in aliquo loco ad hoc apto parvas et particulares  
 pro vestris et aliorum parochianorum huiusmodi natis et infan-  
 tibus in fidei Symbolo nec non primitivis erudiendis erigere  
 seu erigi facere Sede apostolica hoc annuente. Nos  
 igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinati volens pro  
 eruditione infantum et natorum eorundem Scholas ipsas erigendi  
 et Magistrum pro illis regendis natisque et infantibus praedictis  
 in fidei Symbolo et aliis primitivis ut praefertur introducen-  
 dis, ut ipsi ceterum in cantu et aliis ecclesiasticis ceremoniis  
 eruditi in dicta Ecclesia in divinarum celebratione Rectori  
 et ipsius Ecclesiae Capellani obsequia praestare et assistere  
 possint, perpetuo deputandi, quibuscunque apostolicis ac



in provincialibus et Synodalibus conciliis editis constitutioni-  
bus et ordinationibus, nec non Ecclesia Olomucensis juramento,  
confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis  
Statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis nequaquam  
obstantibus auctoritate apostolica tenore presentium De  
Specialis Conco gratia licentiam concedimus ac etiam in-  
dulgemus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc  
paginam Nostorum concessionis et indulti infringere vel  
in ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc at-  
temptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei  
ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit  
incursurum.

Datum Roma ad Sanctum Marcum  
anno incarnationis Dominica Millesimo, quadringentesimo  
Sexagesimo quinto. Pridie Kal. Martii, Pontificatus  
Nostri Secundo.

*AB* Signata est hac Bulla Pii Secundi Papae Sigillo  
plumbeo S. Petri et Pauli. Signavit expeditionem  
pro Allemannia de Capranica. Subscripsit ad  
calcem C. (id est: Cardinalis) De Narnia.







predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut concor-  
dia huiusmodi et aliis, quae illam contingunt, in dictis litteris  
contentis pro illorum Subsistentia firmiori robore apostolica  
confirmationis adpicere de speciali gratia dignaremur. Nos  
igitur de promissis certam notitiam non habentes huiusmodi  
Supplicationibus inclinati fraternitati suae per apostolica  
Scripta mandamus, quatenus, si est ita, concordia nec non  
alia, quae eam concernunt, in litteris contenta huiusmodi  
et prout rationaliter processerunt inde secula quaecumque  
auctoritate nostra approbes, et confirmes, Supplens  
omnes defectus, si qui forsitan intervenerunt, in eisdem,  
non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apo-  
stolicis, nec non Ecclesiae Olomucensis iuramento, confir-  
matione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis,  
Statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque.  
Datum apud Sanctum Petrum Anno  
incarnationis dominicae Millesimo, quadringentesimo,  
Sexagesimo nono. Quinto decimo Kal. Maii, Pon-  
tificatus Nostri anno quinto,

Ab omni Pub. Sigillo pendente plumbeo ut procedens Bulla.  
Mit. Dom. Ulbrichsfrucht: B. de Reate,



42.  
Nos Mathias Divina favente clementia electus Romanorum Imperator  
Semper Augustus, ac Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croa-  
tia et Slavonia Rex, Archidux Austria, Dux Burgundia, Marchio  
Moravia, Luxemburgensis et Silesia Dux, Marchioque  
Lusacia.

Presentium tenore omnibus ac singulis, ad quos haec Nostra littera  
pervenierint, notum pro Nobis ac Successoribus Nostriis facimus, quod  
cum Patres Societatis Jesu collegii olomucensis fideles Nobis di-  
lecti, Privilegia Academia olim in eodem olomucensi collegio a  
Reverendo in Christo Patre Guiljelmo Episcopo olomucensi  
Pontificia Cesareaque auctoritate erecta et fundata Nobis  
exhibuissent, rogarentque Nos humilliter, ut ea jam ante a  
dilectissimis Nostriis felicis memoriae Civo Maximiliano  
Patre Nostro, et Civo Fratre Nostro Rudolpho data et con-  
firmata, a Nobis etiam grata rataque haberentur, confir-  
marentur, et ad tollendas impediendasque, quae inde oriun-  
tur difficultates, clarius et apertius explicarentur, et ampli-  
ficarentur, non potuimus pro innata Nobis clementia et sin-  
gulari Nostro erga alium liberalium Sectarum affectu tam  
honeste illorum petitioni non annuere, nobis maxime in-  
terventu Reverendissimi in Christo Patris Domini Francisci  
Sacrae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis a Dietrichstein  
tituli Sancti Sylvestri, Episcopi olomucensis, Principis et Ami-  
ci Nostri charissimi, qui ut id ipsum faceremus a Nobis ef-  
flagitavit impensius.

Quare insistentes piis Majorum Nostrorum vestigiis cupientes,  
quae ex animo ubique honorem Dei, avidamque catholicam et Ro-  
manam Ecclesiam propagare. Imprimis Academiam dicti  
collegii Societatis Jesu olomucensis jam ante a supra dictis  
Praedecessoribus Nostriis confirmatam, iterum animo deliberato  
et interveniente Consiliariorum fidelium Nostrorum consilio,  
auctoritate Imperiali tanquam Rex Bohemia et Marchio Mo-  
ravia clementer approbamus, ratificamus, confirmamus, ejus-  
que privilegiis omnibus hactenus acceptis perpetua firmitatis  
robur adicimus, ceterminimusque Imperiali ac Regio Bohemia  
et Marchionatus Moravia Edicto, ut tam Academia illa  
quam omnes et singuli, qui in albo seu matricula illius fuerint  
inscripti, iisdem omnino privilegiis, exemptionibus, libertatibus



immunitatibus, ac indultis, quibus Parisienses, Lovanienses, Palatina, Viennensis, Cracoviensis, Ingolstadtensis, et alia quaecunque in Europa constituta Academia vel eorum qualescunque Studiosi gaudere, uti, poliri ac frui solent, gaudeant, utantur, solvantur ac libere fruantur. Deinde ut laudabilis ordo disciplina servetur, distincte inhibemus, ne quis hujus collegii vel Academia Studiosos jam matricula inscriptos, siue hi gradum in aliqua facultate habeant, siue non, quovomodo presumat turbare, aut molestare; imo volumus, ut Studiosi ab omnibus et singulis, cujuscunque tandem illi sint ordinis et conditionis, in honore ac estimatione habeantur, quo nobiles ac honeste Personae haberi solent: Ipsi contra Studiosi cavent operam, ne ullus justam de se conquirendi occasionem habeant, studebuntque, ut per omnia sese bona Patrum disciplina, instructioni et directioni conforment.

Quod si tamen a Studiosis quidpiam in civitate aut extra insolentius et indignius committi, quod animadversionem deprecari, contingat, in facta ejusmodi, interdictum quidem, si deprehensi fuerint, ubi sese Studiosos esse cixerint, vel ad Academiam appellaverint, per Judicem honeste ad collegium deduci, quos tamen Judex non vinciat, nisi impudenti contumacia sese rebelles exhiberent, ac hujus Nostri proscripti formam sequi nollent, Rectori, vel Cancellario, Profecto vel Decano Studiorum exhibeantur, quos Rector assecurabilis causamque eorum vel ipse Cancellarius, Decanus seu Profectus examinabit, si civilis sit, si autem criminalis, per Judicem, quem sui loco constituet, examinari, justitiamque administrari curabit.

Quod si quid in tempesta nocte contingeret, ut majus malum videretur, et Studiosis nihilo minus suus constet honor, eo casu Studiosi in morem Nobilium in locum Prætorii honestum vel alium pariter honestum locum extra publicum carcerem per Judicem assignatum, habita ratione, estimationis illorum deducantur, ejusque rei, quamprimum et abjecta omni mora collegii et Academia Rector moneatur, qui delatos a Judice vel Actore per Bedellum ad se vocabit, causam eorum per se, suosque officiales, vel per Judicem a se designatum,



ut Supra dictum est, cogniturus, coram quibus Studiosi omnibus, qui de illis conqueri volent, respondere et poenam pro delicti ratione decretam subire, nec non laesa parti compententem satisfactionem dare tenebuntur.

Et hoc libertatis et immunitatis privilegio gaudebunt Studiosi non modo cum in Academia litteris operam navant, sed etiam post absoluta studia, vel honeste derelicta, quamdiu Otiosius segerint, et quoad alterius foro per mutationem status non sese subjecerint, dummodo ad Academiam more aliorum appellent, eorumque causam dijudicandam suscipiet Academia, non secus, acsi adhuc ejus Scholas et lectiones frequentarent, nisi jam propter justas causas ex alio, seu matricula Academiae celeti essent.

Insuper, quo Studiosi ad progressum in bonis litteris faciendum magis incitentur, confirmamus etiam specialiter et innovamus facultatem a Serenissimo Parente Maximiliano concessam, et a Fratre nostro Rudolpho alias confirmatam, qua Magistratus hujus Academiae discipulos, non modo suos, sed etiam alios, qui in alio quocunque Societatis Jesu collegio studuerint, et testimonium suorum Studiorum et commendationem attulerint, possit publice examinare donec approbare, et approbatos ad quosvis tam in Theologia quam in Philosophia gradus promoveri, et quidem cum insignibus academicis, nimirum annulo, epomide, pileo magistratuali, aut doctorali, aliisque, quibus alia uti solent Academia.

Et volumus, ut quicumque in praedicta Academia fuerint promoti, perinde in honore ac pretio habeantur, tam in actibus Scholasticis, quam in aliis quibuscunque, sive ecclesiasticis, sive politicis, ac secularibus, acsi in alia universitate, sive illa sit Parisiensis, Palatina, Viennensis, aut Ingolstadtensis, sive quolibet alia in Germania, Italia, Hispania, Gallia, promoti fuissent.

Ad hoc quod etiam Praedecessor Noster nominatim expressit, volumus, et ex plenitudine Nostra Imperialis Regiaeque potestatis mandamus, et testimonia Studiorum seu graduum ex jam Repe nominato collegio legitime oblata, et sigillo academico rite obsignata debeant admitti a quibuscunque collegiis



universitatibus, Capitulis et communicabilibus, et iis, qui ea obtinere erint, omnino prodesse ac suffragari ad consequendos honores et dignitates, tam ecclesiasticas, quam seculares, et specialiter apud eas Ecclesias et capitula, quae ad aliquam in iis dignitatem aut canonicatum requirunt triennale studium.

Proinde quicumque triennalis studii in hoc collegio facti testimonium attulerint, id eis non secus suffragetur, quam si a quacunque alia universitate aut studio publico, etiam Romano illud attulissent nec permittimus, ut, si alias nihil obstat, id eo vel rejiciantur vel differantur.

Ad extremum, Reverendissimum Dominum Episcopum modernum, ac futuros, Capitaneum, aliosque Supremos Marchionatus Moraviae Officiales et Magistratus, venerabile Capitulum, nominatim vero Iudices, Consules totumque Senatum civitatis Nostrae Olomucensis serio monemus, ut saepius nominatam Patrum Societatis Academicam sub indignatione Nostra gravissima foveant, promoveant, tueantur et defendant, et si quando Rector aut alius Rectoris loco, brachium seculare imploraverit, sive ad Studiosos, si qui ipsi extiterint rebelles, compescendos, sive ad injuriam ab ipsis vel a collegio et Academia propulsandam, mandamus, ut iis, quibuscunque poluerint auxiliis, praesto sint, nec privilegia immunitates, ac indulta, liberales, sive a Nobis sive a Praedecessoribus Nostris, tam ipsi Academia, quam iis, qui in ea student, aut ad eam pertinent, concessa, a quocunque vel in minimo violari patiantur non obstantibus quibuscunque aliis legibus, constitutionibus, secretis Statutis aut consuetudinibus in contrarium quovocumque modo facientibus.

Nam iis omnibus et singulis, in quantum praesenti Nostra confirmatio, amplificationi, aut auctiori omnium eorum, quae hic vel in communis statuimus, vel in particulari expressimus obstant, seu in posterum possunt obstare, derogamus et per praesentes derogatum esse volumus, Supplentes omnes et quoscunque defectus tam juris quam facti, si qui in praemisfis omnibus et singulis intervenissent, seu dici vel allegari possent.

In quorum omnium fidem et testimonium has litteras fieri sigillisque Nostris Caesaris ac Regii appensione muniri iussimus et iis Nos ipsi manu propria subscripsimus. Data a Regali Nostra. Praga Decimo Sexto Calendae Novembris. Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo Decimo Septimo, Regnorum Nostrorum, Romani Sexto, Hungariae nono, et Bohemiae Septimo.

Matthias mppia

Selenco Poppel de Lobcowitz mppia  
S. R. Bohemiae Cancellarius

Bohuslaus a Michalowitz mppia

Ad mandatum S. C. Majestatis proprium

Paulus Mickna mppia

Kollationum iud. sumunt mit dem mein auf eingestanzelt nur



paginam quatuordecim hancque paginam copia vidimata non habet  
in Montebanum. Et licet dixerim id unum diligenter,  
so quatuordecim. Oportet de 15. Monacho legi de 14. in 1446. factum.

(L. P.)

Joannem Dnorum Innotatius ppa  
bonitatem Eluithm ppa et notariis  
in Angliam.

Col

la

ha

Et quod presens copia cum illa mihi exhibita in charta  
quindecim cruciferis signata descripta copia vidimata de  
verbo ad verbum consonet, illud manus mea propria sub  
scriptione et consueti sigilli appositione attestor,  
Oportet de 15. Martii 1448.

(L. P.)

Matheus Joannes Nepom. Rodideck  
R<sup>em</sup> fidelis metropolitani Capituli  
Registrator,









[ksiaznica@kc-cieszyn.pl](mailto:ksiaznica@kc-cieszyn.pl)